

DEO Duce !
DISSERTATIO PHYSICA
De
USU MONTIUM
Ad
AQVATIONEM
TERRÆ,

Qvam

Cum consensu Ampl. Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,
Sub PRÆSIDIO

VIRI Max. Reverendi atque Celeberrimi

**DN. JOHANNIS
BROWALLII,**

S. S. Theol. Doct. & Scient. Nat. Prof. Reg. & Ord
publico Doctorum examini modeste submittit,

PRO GRADU,

STIPENDIARIUS REGIUS
ERICUS E. EDNER

Aboënsis

In Audit. max. die III. Decembr. Anni MDCCXLIV.
horis ante meridiem solitis.

ABOÆ , Excid. Joh. Kiæmpe, R. A. Typ.

БИЧИОЛІ ТАУ
ІМПЕРІЯ СССР
СССР

ДОВІДКА ПО ВІДНОШИНІ СІРІЙ
І КОЛІРІ

Інформація про відмінні кольори

ПІДСВІТКІВ

І. Основні відмінні відтінки

Інформація про відмінні кольори


Інформація про відмінні

Інформація про відмінні

Інформація

Інформація про відмінні кольори

Інформація про відмінні кольори



§. I.

Finum considerationem in Naturali scientia maxime necessariam esse, omni profus caret dubio; præterquam enim quod ad causas efficientes detegendas sèpius manuducat naturæ studiorum, & recte dicatur is naturam ignorare, qui finis non intellexerit; etiam perfeccio & felicitas creaturæ dependet a convenientia actionum cum finibus divinis, qui semper cum natura rerum congruunt; sapientiam denique beatitudinem &c. Creatoris, finis rerum rimando, detegimus atque celebrare dilcimus; quod primarium creaturæ rationalis est officium. Haud igitur sine ratione J. M. VERDRIES Phyl. p. 70. qui, inquit, euarum finalium scratinium, e Physice pomariss extermi-
nandum censem. eo ipso palmaria argumenta, e quibus Di-
vinitas potentissima, sapientissima, providentissima elucescit,
improvidi & incavis e manibus nobis extorquent. (*)
Pro.

(*) A quo vitio haud immunem esse Celeb. WOLFUM

^a Proinde videmus mundi fortuiti, sine consilio ac
sapientia coaliti, absurdissimos Auctores ac defensores
fines rerum prorsus negare: qvorum ad men-
tem *T. LUCRETIUS CARUS*, antiquissimus Poëta
Lib. 4.

*Nil ideo quondam natum est in tempore, ut ut
Poffemus; ied quod natum est, id procreat usum.*

His similia clamitat impia & miserrima Atheo-
rum cohors: Et ipse *BEN. SPINOZA*, haud ignarus
roboris, quo gaudet argumentum a finibus petitur,
aliam illius eludendi viam reperire nequivit, quam
ut omnes causas finales impudentissime, nulla ad-
dita ratione, negaret. *Natura*, inquit, finem nullum
sibi prefixum habet & omnes finales caufse nihil nisi huma-
na sunt figmenta. Ethic: prop 36. append. conf *SAM.*
CLARKII dem. exiſt. & attrib. *DEI*. p. 42. Sed quid unquam
dictu

impense doleamus; quippe qui argumentum a finibus
rerum pro existentia Dei petitum haud obſcure impro-
bat in *Rat. præl. sect. 2. cap. 3. S. 43.* similiter, in-
quit, qui a finibus rerum magna cum pompa petunt argu-
mentum, supunt, quod non probant, dari rerum natura-
lium fines; valde autem vereor, ne sumptionem probaturi
committant circulum vitiosum: qvamobrem etiam merito
vapulavit *Dn. J. F. WILCHERER* in diff. sibi opposita
An. 1723. Optamus tantum, ut creatura de
Creatore ratiocinatura, se creaturam esse non obli-
visceretur.

3

dictu absurdius? itane homo, auctore sui sapientior, usus invenit rerura qvibus non destinatae sunt? Huic autem abortui intellectus SPINOZIANI taville viderur distinctio CARTESIANA inter fines & usus rerum. Notissimum est CARTESIUM finiam considerationem in Physica prohibuisse; asserit enim in Cogit. Metaph. eandem nullum usum habere in rebus physici, qria obique temeritate fines DEI investigari nequeunt; cū ejus consiliorum non simius participes. conf. Princ. phil. Ec in resp. 4. ad obj. GASSENDI addit: Nec singulis potest aliquos DEI fines magis quam alios in proprio effici; omnes enim in imperfutabili ejus sapientie abyssu sunt condens modo reconditi. Qvam ejus tentaciam refutavit imprimis illust: ROB. BOTLAUS in Disquisitione, qra in finates rerum naturalium causas inquiritur, an. 1688; qvibus causulis & Physico admittende, edit. an. 1688; ac post eum JOH. RAYUS The wisdom of God &c. Lib. I. Cap. VII. Atheismi quidem suspicione libenter magnum alioqui virum absolvimus, subscribentes iudicio WIL. DERHAMI Physico = Theol. Lib. V. Cap. I. cum, when he disardeth Final Cause from his Philosophy, it is not a denial of them, but only excluding the consideration of them, for the sake of free philosophising; it being the business of a Divine, rather than a Philosopher to treat of them; Praedicta nihilominus distinctio, licet eo argumento nictatur, qvod finis importet consilium atque intentionem agentis, ulus vero non; tamen a communis eruditorum abludit ulu; cfz Dissert. de physica causa, final. consid. sub præl. beat. Profess.

BIGORAEUS / p. 4. Et usus ille rerum, aut est naturæ conveniens, aut non? Si prius, intentionem Auctoris summi seqvitur & finis est; si posterius, abusus erit. Nullus ab arbitrio humano dependet gentiinus rerum usus; sed si vel maxime in quibusdā ita esset; infiniti tamen sunt rerum, quos experimur, usus, quorum nulla sub specie partem aliquam sibi vindicare potest industria hominis & arbitrium. Illa tamen esse poterit inter usus & fines differentia, quod usus immediate observatione pateant; ad fines autem inde concludamus. Non enim ex natura rerum, per imbecillitatem intellectus semper fines eruere valimus; sed observati nos ad conclusionem de finibus haud raro ducunt usus. Neque negamus plurimos adhuc rerum fines latere; sed sunt tamen qui facile patent, imo & qui te nobis ingerunt plurimi: plurimos quoque attenta observatione adhuc detegi posse non dubitamus. Speciminis loco usum montium ad aquationem terre in prælenti considerabimus; unde ad scopum, & finem Creatori propositum certissime concludi posse existimamus. Cum enim nullum hic locum habere queat humanum aliquod inventum, satis esse duximus, si ultum ipsum explicare potuerimus.

§. II.

Hunc autem non unicum monium usum esse tatis convicti sumus; licet enim eruditiss. THOMAS BURNETIUS in Theor. Tell. Lib. I. Cap. IX. eos.

8.

eosdem depingat tanquam nulla forma preditor; ubi
nulla ratio partium aut proportio, nulla pulchritudo
nis umbra, artis aut consilii nullum vestigium; nulla par-
tium constructio, que studium aut industriam pre se fe-
rat, aut ad aliquem finem referri videntur. Nec sim-
gulos seorsim ullam in se formans & decorem habere; nec
cum ceteris ordinem ac dispositionem, que vel ad usum vel
ad ornatum referri possit; tamen & ipse sub initium
eiusdem capitis tatetur: Montes aliquid grande habere,
& augmentum, ut summum rerum Auctorem & opificem
inde facile contuecamur &c. & nos facile perspicimus
tantum eorum esse usum, ut terra eis omnino non
carere possit. Montes enim varia ac multiplicia
praestant commoda, I. terram tuendo a vento
trigidissimo boreali, I. producendo herbas medici-
nales ac plantas utilissimas, I. gignendo varia me-
talla & mineralia, animaliaque & insecta alendo &c.
Quas utilitates explicuit RAJUS l. c. lib. 2. Cap.
IV, & post eum DERHAMUS Phys. Theol. lib. 3. Cap.
IV ac FR. CHR. LESSERUS in Litho-Theologia. Hos ve-
ro & ceteros usus montium aliis persequendos com-
mendamus, &, ad propositum revertentes, solum
loquemur usum montium ad aquationem terre, quem
adeo non negare potuit ipse BURNEILLIS, ut fatear-
tur tellurem suam antediluvianam, cum montibus
destituta esset, etiam pluviis &c. caruisse.

§ III.

Occasionem autem hoc argumentum eligendi
mihi suppeditavit in primis locus Deut. XI.

v. 10. & 11. ubi differentia terræ *Egypti & Canaan*,
 vertente *TREMELLIO*, his describitur verbis : Terra
 quo mox ingressurus es ad possidendum eam jure hereditario,
 non est ut terra *Egypti* unde exivisti, ut semines semen
 tuum, deinde irriges labore pedis tui, sicut hortum oīco-
 rum; sed terra illa, quo - terra montium & conval-
 lium est; ad pluviam cœli imbibit aquam. Divinus MO-
 SES clarissime hic innuit beneficium pluviae montibus
 deberi; demonstratus enim terram *Canaan* *Egypti*
 multum eo in puncto antecellere, qvod pluviis
 sufficienter irrigetur, rationem petit a montibus,
 qvibus hæc caret, illa vero abundat. Similiter oī-
 rigo fontium montibus describitur Ps. 104. 10.
 Ita enim ibi Psaltes ad DEUM: qui, emittis
 fontes per valles, ut inter montes ambulent; qvorum vi-
 delicet in declivitatibus ut plurimum ornantur;
 ne vero quisquam opinetur alium in finem mon-
 tium mentionum fieri, qvam ut indigitetur aquas se-
 reas ad eosdem colligi, indeqve fontes oriri &c.
 verlu 13. additur, qvod *DEUS* irriget montes e *cœna-*
culis suis, ut a fructu operum ejus saturetur terra. Qvod
 vero per cœnacula intelligatur aqua in aëre na-
 tens, patet ex verlu 3. cuius explicationem exhibet luculentam Dn. *NIEUWENHUIS*, Regr. gebruyk
 der Wereld Beschouwinge Conf. XX. §. 33,
 & 49.

§. IV.

Globum nostrum aqua, ejusdemque, qualis jam
 obtinet, dispensatione adeo opus habere ut
fire

7

sine illa saltē incolæ nulli in eodem subsistere possent, sole meridiano clarus & extra omnem dubitationis aleam possum esse existimamus; sublati enim aquis ita dictis meteoricis, fontibus deinde, flaviis, lacubus &c. si in conceptaculis, quorum Gen. I. 10. fit mentio, mansisset semper omnis aqua, arida terra tota nihil nisi desertum fuisset. Neque aqua marina, si vel maxime dispensata per omnem terræ ambitum, usibus sufficere potuisset incolarum, nisi dulcis reddita fuisset, anteqvam sub forma pluviae, nivis, fontium, fluviorum, lacuum &c. distribueretur; & naturaliter qvidem elevatione in vapores adcuratissime perficitur dulcificatio aquæ marinæ, qvod tamen ars huc usqve imitari frustra conata est humana, qvarvis summam industriam adhibuerint viri maximi, interqve eos haud i a pridem adcuratissimus *STEPH. HALESIUS.* Tanti proinde in sacris literis videmus fieri sapientissimi *Creatoris* in hos usus in primordio rerum factam constitutionem, ut eadem in historia creationis Mosaica Gen. I. 7. graphice descripta sit. Omnia vero qvæ hoc pertinent explicare nostrum non fert prepositum; illa enim tanquam nota ex principiis hydrostatico-meteorologicis &c. supponere necesse habemus; utpote atmosphæræ hoc pertinentem constitutionem; aquæ, ut ita loqui liceat, vaporificationem; vaporum elevationem, eorundem in ære suspensionem, collectionem, dependentiam &c. de qvibus, præter alios, conferatur

tur CL. N. WALLERII Meteorolog. Generalis, & Diff.
de Vaporibus, quæ sub moderamine Max. Rever. PRÆ-
SIDIS A:o 1738 prodit. Et hanc ipsam ulterius
qvoqve constitutionem magnifice extollit Scriptura
sacra Pl. 104. 3. Amos 9. 6. Hiob. 37 16. &c.
Cfr. NIETHEVENTIT l. c. §. 36. 37. Pro nostro au-
tem scopo sufficiet obliuississe, adaqvari terram
vel 1. aquis stricte ita dictis meteorieis, pluvia,
imbre, nive, grandine, nimbo &c. vel 2. fontibus,
indeqve originem ducentibus fluiis, rivis, torren-
tibus, lacubus &c. Quid autem & qvomodo hoc
concurrent montes, nobis in præsentiarum dispici-
endum est,

§. V.

Non qvidem negamus sine montibus vapores
elevari, imo etiam condensari, in forma gut-
tarum delabi & in receptacula qvædam colligi pos-
se; id enim, vel frigefacta atmosphæra, vel im-
minuto ejusdem pondere, vel elevatis ope vento-
rum in rariorem aëra nubibus, vel insdem, venti-
bus contraria directione flantibus, collus, effici po-
terit, & re ipsa efficitur; qvod observationes &
experimenta docent; licet & id addere debeamus,
etiam directionem ventorum cuius modo memini-
mus, multam partem montibus originem debere.
Non solam tamen hanc ob causam statuimus &
collectionem & dispensationem aquæ meteoricæ a
montibus dependere, ut e sequentibus patebit. Sup-
ponimus heic loci tanquam demonstratum, usibus
inco:

9

incolarum nullatenus sufficere, si eadem in loca
deciderent vapores unde elevati sunt; tum enim
maria, lacus & loca aqua abundantia quam maxi-
me irrigarentur; terrarum tractus vero aqua care-
rent. Concedimus, propter causas antea allatas, a-
licubi pluere posse; interea tamen, si abessent mon-
tes, seu partes superficie terrestris elevationes, ra-
so id fieret ubi opus esset. Sæpius nubes haud
deciduz totam tellurem circumirent, in primis ubi
venti constantes, vulgo Passaad -- vvinds & Mous-
sons obtinerent &c. adeo ut vel hinc mox appare-
at dispensatores quosdam aquarum quam maxime
necessarios esse. Sed anteqvam ulterius progredia-
mur, necesse est experientiam consulamus, &
illam qvidem non artificalem, qvalis in experimen-
tis occurrit, sed qvalis ab ipsa natura nobis exhi-
betur.

§. VI.

Docent autem observationes I. Talem esse per-
totum terræ tractum montium dispositionem,
ut facillime inde appareat a sapientissimo rerum
Auctore eosdem usibus maximis destinatos esse: cfr.
Dissert. de Origine Montium, passim; ut enim jam li-
ceat controversiam de origine montium seponere,
& constitutionem eorundem prout nunc est ruditer
considerare, maximas has moles ita ordinatas eo-
que pacto dispositas esse deprehendimus, ut non
tantum ipso auctore *BURNETIO*, minimum decimam
partem terræ firmæ occupent; Theor. Tell. p. 52.

sed etiam, eodem fatente ibid. p. 53. Nulla detur continens aut deversis aut novis orbus; nulla insula antiqua & originalis, quae immunit montibus sit; sed in unaquaque reperiatur congeries aut juga montium, quae sunt veluti capita aut dor/a istarum terrarum &c. ut, in quam plurimis insulis & ad lacus ac maria se ex porridentibus terræ tractibus ita siti sint montes ut medium terrarum occupent & in duas easdem partes dividant, teste *ARENIO*, Geogr. Gen. §. 2. Lib. I. Cap. X. ut inclinata sit a jugo montium ad lacus & maria terra, & promontoria montibus gaudent, ne vapores ex mari elevati, antequam condensentur, diu in aëre fluctuare necesse habeant. &c.

HIEUPENITI l. c. §. 99. 3. observatum est pluere in montosis regionibus magis quam in planitiebus; de Egypto atque Palæstina res est in confessio; de Gallia atque Helvetia idem testatur *LESSERUS* (a) atque ante eum *JOH. JAC. SCHEUCHZERUS* (b); de Lan-

(a) In Lithotheol. p. 387 §. 27., quod in Helvetia ubi multi sunt montes tæpius imbræ cadant, quam in Gallia ubi pauciores sunt montes.

(b) In Itin. Alpin. II. p. 10 Mirati summam Cæstoris lapientiam, qui & id, quod paulo ante nulli nobis usui videbatur, maximis rebus destinaverat; adeoque ex illo tempore dubitare cœpi, num nubes essent futura, si istiusmodi montes & perræ non darentur. Hypothesi hac stante, eluceceret permagna utilitas, iure necessitas, quam Helvetiæ Alpes non nobis tan-

Lancashire & Upminster *DERHAMUS* (c) Luculententer idem exemplo confirmant regiones montosæ nostrates; imprimis vero Alpes, ubi frequentissime æstate pluit, hieme vero nix ad stupendam altitudinem ascendit. 3. Fontes ac fluvios ex montibus oriri & antiquitus innotuit & recentioribus confirmatum est observationibus; idem testatur *A-RISTOTELES* (d) *CURTIIUS* (e) *WARENIUS* (f) *SCHELCHERUS* (g) *ROBBES* (h) *DERHAM* Physico-The-

tum accolis, sed & vicinis aliis regionibus præstant, dispensando, quas dignunt nubes, ventos, aquas.

(c) In Physico Theol. Lib. 3. C 4. p. 15. not. II
Ich habe selber würtlich aus eigener Erfahrung befunden, das es in Lancashire noch halb so viel und noch mehr regne als zu Upminster, weil nemlich in Lancashire weit mehr und höhere Berge als in Essex befindlich seyn. cfr. pag. 150. seqq.

(d) Lib. I. Meteor. Cap. XIII. Διε καὶ μὲν εὐναντί τῶν ποταμῶν ἐκ τῶν ὁρῶν Φάνετος πέσουται. Καὶ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι ποταμοὶ πέσουσι εἰς τῶν μέγιστων ὥρων &c.

(e) Lib. VII. Cap. III. sic inter te tot juga velut lenti cohaerentes, perpetuum habent dorsum, ex quo Afiz omnia tere flumina, alia in Rubrum, alia in Calpium mare, alia in Hyrcanum & Ponticum cadunt.

(f) in Geograph. Univers. L. I. C XVI. §. 2. maximum fluminum Rheni, Danubii, Borystenis &c originem ex Alpibus deducit.

(g) Phys. P. II. C. XXIII. §. XV. p. 219. In allen 4 Theilen der Welt entspringen die Flusse an erhöhten

ol. p. 151. *MELIVENTIT* lib. cit. aliquae testantur. cfr. *CARTHEUSER*, Am. Nat. p. l. p. 223, seqq. & quis nescit ex Alpibus nostris fluvios oriri, qui per Sveciam & Norvegiam diffunduntur? omnes denique vel rivos vel torrentes montibus aut locis editioribus ortum debere, unde per declivitatem ad mare pergunt. 4. Ad montium vertices vapores condensari; id enim non tantum in Alpibus, sed etiam in aliis montibus editioribus jucundissimo spectaculo conspicere datur. Hinc plurimi sunt montes unde de tempestate futura judicare licet; de monte Kipphauseensi *LESSERUS* Lithotheol. §. 272. retinet vulgo dici:

Stoht Kaiser Fredrich ohne Huth/
So wird gewiss das Wetter gut;
Ist Er mit dem Huth zu sehen /
Wirdt das Wetter nicht bestehen.
De Saboto Silesiae monte *FECHNERUS*:
Frontem serenam si cacumen exerit
Purum absqve face nunciat cœlum fore.
Sed si calyptra nigricanti fumidum
Caput recingit, copiosos defuper
Imbres minatur, exitus quod dat ratum.

Si

Bergichten Orthen, welche gemeinlich in der Mitten großer Länder aufsteigen &c.
(h) in Geograph. & qvidem de insula Madagascar dicit, eam excelsis gaudere montibus, ex quibus aquæ ad omnes insulæ partes manant.

Similia de monte Bruckero **LESSERUS** l. c. de Heilero Thuringie **CARTIFUSERUS** e **MELISSANTIBA** mœn Nat. p. I. p. 219 de monte Stilwis Helvetiae **SCHEUCHZERUS** Schw. Nat. Gesch. p. 1. p. 10. ut alios faciem. Colligi autem ad vertices montium vapores indeqve nubes oriri ipsis oculis in Alpibus conspicere licet. **SCHEUCHZERUS** Orog. Helv. §. 109. dicit quod nubes ope montium enatae auff den Flügeln der Winden in andere Länden der hingetragen werden: Einer / addit, der mit offenen Augen über unsre hohe Gebürge reiset / kan mit lust die meisten anfänge der Wolcken aller Orthen sehen / in gestalt subtiles Dünste / welche bald in kleine / und diese in größere Wolcken sich samlen: Gleich solches auch auf den Nordischen Gebürgen M. JAC. FRED. CREILLOVIUS obseruaret &c. Notissima est obserratio E. **BALLETI** in monte insulae S:æ Helenæ, quam legere licet in Act. Lipl. anni 1692. p. 308. cfr. **NIEUWENTYT** l. c. ubi etiam §. 51. dictum Job. 24. 8. de hujusmodi vaporum per montes collectione interpretatur.

§. VII.

Hæc cum ita sint, nobis incumbit montes ultius considerando detegere, quo modo ad utilissimam hanc aquæ collectionem atque dispensationem conferant. 1. igitur hic in centum venit altitudo; Hac enim quasi obices sunt claudentes viam vaporibus in aëre sublimiore natantibus quod eo magis fiet ubi in continua juga per amplissima spatia alpium cacumina exporriguntur

Secun

Secundum ratioeinationes quoque HALLEYI vapores & nubes aliqua celeritate latæ, cum ad cacumina montium alliduntur, in superiorem atmosphærā propelli debent; ideoque, imminuta medii gravitate, mox in guttas coire atque in rimas verticis delabi & colligi. Id profecto certum est, multos montes esse, quos raro nubes vel unquam altitudine superant; cf. WINCKLERI Inst. Math. Phys. §. 17, 5. Atmosphæræ pondus multum immunitum esse observatur in verticibus altorum montium, raritas vero aucta; Qvod barometra in alpibus & vel ipsa difficultas respirandi monstrat. Eo autem ipso simul 2. majus ibi frigus obtinere debet, qvod ad collectionem vaporum haud minimi est momenti; neque tantum ipse aer frigidus est, sed etiam montium imprimis cacumina; & inde quidem NIEUWENTTI I. c. §. 53. præcipue derivat, qvod cacumina altissimorum montium semper fere nubibus cuncta sint; imo ex frigore illius aeris regionis sine dubio est, qvod nix in verticibus alpium in multam æstatem & alicubi semper, ut penu inexhaustum aquarum, perduret. 3. Addit nuperime laudatus scriptor, umbram, quam montes formant; quippe quæ ad frigorem aeris eosdem ambientis multum confert. I. c. §. 54. Profecto in alpibus Röraasiensib. observavit Max. Rev. Preses in umbra obtinuisse frigus fere glaciale, cum tamen cæteroquin magnus fatis esset; & experimentis quidem patet, ad ejusmodi loca frigidiora ferri cum aere vapores, ibidem que

qve condensari; qvod idem confirmat nox, qvæ
umbra est telluris; neqve negandum est, silvas &
arbores, qvibus montes quidam oblieti sunt, aliquid
conferre posse; qvod adstruit NIEUWENTTI §.
55. (i). Nihilominus tamen monendum esse exi-
stimatorum, qvod ejusmodi montes alpium altitu-
dinem non exæquunt; qvorum videiicit proprium
est, qvod vegetabilib⁹ peculiaribus gaudeant, & omnes
plantæ ibi repant; altiores autem alpes omnibus
carent plantis, altissimæ nivibus teguntur. Ex illis
tamen qvæ de umbra montium ad aquationem
terræ usu dicta sunt, haud inconcinne explicatur ab
antea citato scriptore locus Eta 31. v. 2. unde
patet divino Scriptori hunc montium usum
haud fuisse ignotum. 4. Ia censum hic venire debet
structura montium, non externa tantum, sed
etiam interna. Et, de priori quidem res est
in confessio; hæc vero diligentia Physicorum qvi-
busdam in locis detecta est, atqve in stratorum
consistit constitutione ad colligendum in scaturigi-
nes

(i) Mercator in Atlas de Insula S.ta Thonæ inquit:
In der Mitte dieser Insel ist ein Berg, sehr voller Busch-
me, der beständig mit so dicken Wolken bedeckt wird,
dass aus diesen Wäldern Wasser heraus fliesst, so genug
seyn ihr grünendes zucker Meeth (Pflanzen) zu besuch-
ten, und auch (welches merkwürdig ist) je höher die
Sonne ist, desto mehr ist alsdann der himmel bey diesem
Berg mit Wolken bedeckt.

nes aquas accommodata. Qvo in punto brevitas causa Lectorem remittimus ad Dn. MARIOTTE Mouvem. des eaux p. 25. Spectacle de la Nature part 3. Ent. 21. WINCKLERI Inst. Phys. Math. §. 1671, PERDRIES Phys. p. 391. seqq. Et interior quidem haec structura montium eo majoris erit momenti, si vera sunt quae de Africa & Arabia petrae differit MELCHIOR SEBIZIUS Diss. de Orig. Font. §. 18. Quam ob rem etiam ad secretiorem telluris constitutionem provocat GASSENDUS; Cfr. PERDRIES I. c. p. 396. seqq. 5. Accedit adhuc montium situs catenarius, mediterraneus ut plurimum, aliquando etiam litoralis; temper talis, ue ad litora usque formet planum inclinatum; nec raro ex oriente ad occidentem excurrens (k), ad cohibendos videlicet vapores & dispergandum aquas; quo etiam 6. pertinet proportio montium ad reliquam terram, de qua antea §. VI. 7. Cum inter causas ventorum particulares jure referantur montes & taliter ad directionem vagorum plurimum conferant,

(k) PLIN Hist. Nat. Lib. IV. C. XX. Ipsa Pyrenæi juga, ab exortu æquinoctiali fusa in occulum Brumalem. Et DERHAM in Phys. Theol. C. 4. L. III. p. 145. not. 6. Es haben viele bemerkt, daß die größten Gebirge gemeinlich gegen Osten und Westen laufen; wovon ich dem Leser des Gelehrten D. NICHOLS Bericht mittheilen will, aus seiner Conferenz mit einem Deisten: Damit ich, spricht er, nur bei unserem Vaterlande blei-

27

ferant, vid. *MUSSCHENBROECKI* El. Phyl. §. 1078.
Nubes vero vēntorum ope circumferantur, etiam
eatenus montes & dispensationem aquae conducunt.

§. VIII.

ET ex dictis quidem facile concludi posse exi-
stimamus quid & quantum montes ad aqua-
tionem terrae conferant. De aquis meteoricis ne-
minem nobis moturum controversiam confidimus;
aliqvanto tamen difficilior videtur de flaviis & fonti-
bus qvæstio, cum de origine eorundem in diver-
sa abeant Physici. Opiniones eorundem varias re-
censitas legere licet in Dissert. de orig. Fontium
sub Præl. Celeb. Dn. Prof. *NIC. HASSELBOM* Anno
1732. & in Diss. de Orig. Font. ac fluv. sub Præl.
Nob. Prof *SAM. KLINGENSTIerna* An. 1740 Upsaliæ
habita. In Phyl. deinde D. M. *VERDRIES* p 389.
sqq. apud *WINCKLERUM* lib. c. Geolog. C. 2. Sect.
I:æ, & *CARTHEUSRRUM* l. c. lect. VI. p. 239. Eo ta-
men redeunt sententiarum divertia, ut vel per ca-
nales subterraneos, Auctoribus e. g. *CARTESIO*, *BEC-*
CHERO, *HJÆRNIO*; vel per vapores subterraneos jux-

C

ta

be; so lauffen alle grosse Gebürgen in Engeland gegen Osten und Westen: und so Verhält sichs auch mit den Bergen in Italien, und mit Pireneischen Gebürgen gewisser machen. Ingleichen mit den so genannten Mond Bergen in Africa, wie auch mit dem Berge Taurus und Caucasus. Es ist dieses, spricht er, eine weise Borsorge Gottes, damit sich die dünste nicht alle gegen Männer

ta eundem *CARTESIUM*, *BATLIIUM* &c. (1), vel per attractionem, filtrationem aut destillationem ut *D. PLOT.* & *DERHAMUS* (m); vel ex pluviis & nive, ut *PERRAULTIUS*, *MARIOTTE* &c. vel per condensatos ad montes vapores ut *WILLEISNERIUS*, *HALLEHUS* &c. oriri statuantur fontes & flavi; In eo tamen omnes contentiunt, ut agnoscant circulum aquarum Ec-

nacht hinziehen, und solcher Gestalt die mittelländischen Gegenden ohne Regen bleiben. D Nichols Conference With. a Deist. Part. II. p. 19.

(1) Franc. Bayle in Phys. Tom. II. p. 299. Das aber unterirdischen dünste an bequemen felsen oder ganzen Steinlögern sich anhangen und in Tropfzen sameln, lässt sich schließen aus dem, was der berühmte Perrault aus dem Munde eines Jesuiten erzählt: Als in Schlawien auf der Höhe des Berges Odmiost Steine gebrochen wurden, und die Brecher so fuß tieff kommen waren, fand eine Bank von Felsen; als diese ausgebrochen würden, brach aus dem sich darunter befindenden Räumen und offnungen eine große Menge dünste mit großer Menge 13. Tage lang heraus, und nach 24. Tagen solcher Ausbrechung, Vertrücketen die Brunnen, so an dem Umgange des Berges herfür quelleten, ganz und gar.

(m) Phyl. Thol. L. 2 C 5. p. 107. Was die art und Weise anbelanget, wie das Wasser in dem Hügeln und Bergen in die Höhe steiget, so kan man sich solches ganz leichte und natürlich Vorstellen, wenn man ein Häuffgen Sand oder Asche, oder einen kleinen Laib Brod nimmt und in ein Becken voll Wassers leget; Der Sand repræ-

19

Eccles. I. 7. indigitatum licet alii inferiorem. (2) alii superiorē defendant. Quos haud sine ratione conjunxerunt Collect. Act. Lips. Cfr. VERDRIES p. 395 Magnum tamen hoc problema adhuc non pro rei dignitate resolutum est; interim tamen quarecunq; adoptare quis voluerit opinionem, montes nihilominus in partes vocandi sunt, adeo ut ab illis magnam partem aquarū dispensatio dependeat (3).

§. IX.

sentire das trockene Land, oder ein Insel, und das Becken mit Wasser die rings herum liegende See, oder das Meer, so das Land umgibt. Wie nun das Wasser im Becken sich bis oben oder nahe bis zu der Spitze des Sand-Haußes hinauf ziehet, so sieget auch das Wasser aus dem Meere, Seen und dergleichen in den Hügeln empor und in die Höhe.

(2) JOH. OLAI in Praelect. in Eccles. h. I. p. 48. Hic Iohannes, inquit, Ecclesiastæ probe observandus est, quia non extat similis qui de origine fontium ac fluminum tam perspicue aliquid certi affirmet, videlicet omnia flumina, per varios alveos & meatus ex mari fluere & ad fontes suos resuere: nec tamen mare redundare, etiamsi omnia flumina continuo cursu in illud se exonerent, id quod certe in iraculo dignissimum est.

(3) DERHAMS Phys. Theol. L. I. C. 3. p. 149. Die Quellen und Brunnen haben nun ihren Ursprung nehmen von verdicketen dünnen, wie einige davor halten wollen: oder von dem Regen, wie andere glauben: Sie mögen aus dem Meer entspringen, vermöge einer Anziehung, Durchseigerung oder einer Destillation: oder

Drolinde, licet vel maxime concinna illa , qvam
in montibus se detegisse putat CL. *BURGNETUS*
structura non obtineret ; qvæ tamen haud facile
negari poterit ; esset tamen usus eorundem maxi-
mus sapientiæ & bonitatis divinæ documentum
qvam maxime illustre ; Nec sufficit qvod fateantur
illi, qui existentiam montium antediluvianam ne-
gant, pluvias tum non extitisse ; fluvii non tantum
antediluvians reclamant, sed & rei ipsius ratio &
clarissima de montibus tum existentibus testimonia.
Qvalis enim fors hominum fuissest, si commodis
caruissent montium ? itane pœna peccati patribus in-
flata habitaculum posterorum perfectius reddidit ?
Qvamobrem etiam tantæ sapientiæ opera mundo
coœva esse testatur sacra scriptura Gen. 7. 19. 20.
Pl. 90. 2 & Prov. 8.24 - 26. ubi sapientissimo & per
causas retrogrado ordine illustratur sapientiæ hypo-
staticæ æterna & ante conditum mundum existentia.

S. D. G.

Es mögen alle diese Ursachen, oder auch nur einige das
von zusammen treffen; So seyn und bleiben doch jedes
Zeit die Vergeßbarkeit all das große Agens oder die Haupt-
Ursache, welcher wir diese ungemeine Wohlthat, und
den unvergleichlichen Nutzen, den die ganze Welt das
von empfindet, zu danken haben: In dem diese entzücklich
große Erdklumpen lange Reihen von Hügeln oder Ber-
gen, gleichsam die Stellen von so vielen großen Festi-
litäten solchen oder großen durchschlägen bey diesem herlichen
Werke der Natur vertreten müssen.

